

1746.

1. Dicilinus, Georgius Fridericus: Thesaurus Dissertarum
Spousalitatis seu ab ipse curatrix cognitae
et auctoritate recte do [sa!] fatus efficaci
2. Dicilinus, Georgius Fridericus: De hispice rematio salutari
Calumnioris ac lemorioris estibus puerorum pock-
licher prescripto in recentioribus ordinacionibus
processuibus palatinus salicet baccharibus.
- 2^a. Wickelmir, Iohannes Augustinus: Neco, quod difficile
est in munere doctoris academici et principiae
Theologiae
- 2b. Schenqius, Christianus Gottlieb: Observations physiologi-
cae ex Plauti Meneniani pinguisserum genitibus.
cum Maximis Aug. Dicil.
3. Walpman, Nicolaus: Novae iustole testimoniis conjugata
reciprocis secundum iuram Germanam et speciation secun-
dum statuta Hanburgoane.

1747.

1. Beckius, Philippus Ludovicus: De co quod iustus
est coram reum duobus vel pluribus seorsim venditare

2. Dannreuther, Fiduciarus Gaildinus: De jure rebus
bonis fructuum beneficii ecclesiastici

3. Neutius, Georgius Fridericus: De testamento irabi-
tatis.

4. Schwarzer, Charles Gottlieb: De antiquis ritu legi-
himantib[us] liberos illegitimos per palliam.

5. Stirmer, Christophorus Gildinus: De amnis reram
immob. praescriptio[n]e Germanica et palatina
Norimbergensi

6. Ulrich, Josephus Gabriel: De fendo venationis
1798

7. Bondeper, domini brother Petri: De jure verecundie per
mortem sororatus juris palatii in locis eiusdem ab eoque
en et ab eo.

2. Vanrenter, Christopherus Tridens: De translatiori
iuris symbolae ex vario itenque et iure Novio.
3. Videlius, Georgius Tridens: De primo apud hancam
licitatem post acceptationem secundum, statim liberato.
4. Tuerlin, Jakobus Conradi: De illegitimis, quibus
deum pignora ac hypothecas constitutas relinca.
Tigre mortis
5. Hauf, Jakobus Pander: De varis apud Germanos
notitiae statu
6. Hammann, Johannes: De definitione in iure
periculosa.
7. Link, Wilhelmus Tridens: De rei sub pacto
reservata dominii veritatis pericula.

1749.

1. Hammann, Johannes: De characteribus superioribus
terrestribus cuncte signantibus



1749.

2. Hofmannus, Crotalus : & usupructu pareat & tabular
i o primis Novico.

3. Winkelser, Samuel Viles : De paenit conjugam ista
annum luctu secundas cupbras cunctatione

17

Pri. 6. num. 20. A.D. 1659

1747,4

10

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
ANNALI
RERVM IMMOB. PRAESCRIPTIONE
GERMANICA
ET POTISSIMVM NORIMBERGENSI

Q V A M

IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA NORICORVM ACADEMIA
PRO LICENTIA

1647.^s S VMMOS IN IVRE HONORES
RITE OBTINENDI
XVI MART. A. R. S. CICIOCCXXXVII
SOLENNI DISQVISITIONI
SUBIICIT

CHRISTOPHORVS GVLIELMVS STVRMER
NORIMBERGENSIS

ALTORFII

TYPIS IO. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

KÖNFIRED
UNIVERS.
ZVHALIE

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000

VIRIS
PERILLVSTRIBVS LONGEQVE GENEROSISSIMIS
DOMINO
CHRISTOPHORO GOTTLIEB.
VOLCAMERO

AB ET IN KIRCHENSITTENBACH ETC.
AVGVSTISSIMO ROMANORVM IMPERATORI
A CONSILVIS ACTVALIBVS
S. R. I. INSIGNIVM CVSTODI
INCLVTAE REIPUBLICAE NORIMBERG. DVVMVIRO PRIMARIO
ARCIS IMPERIALIS PRAETORI VRBIS QVE SCVLTETO
XENODOCHII QVOD EST AD SPIRITVM S. ET CAENOBII
D. CATHARINÆ PRAEFECTO RELIQUA

DOMINO
HIERONYMO GVILELMO
EBNERO

AB ESCHENBACH IN ARTELSHOFEN GVTTENBURG ETC.
S. R. I. EQVITI
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS CONSILIARIO ACTVALI
INSIGNIVM IMPERIALIVM CVSTODI
REIPUBLICAE PATRIAE DVVMVIRO
COENOBIORVM AD D. CLARAЕ ET PILLENREVTHENSIS
PRAEFECTO SUPREMO RELIQUA

DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS
PERQVAM GRATIOSIS

CHRISTOPHORVS GUILIELMVS
STVRMER.

AVCTOR

SACRVM ESSE VOLVIT

RELIgiOSISSIMO ANIMO

MONUMENTVM

HOC QVALECVNQVE

PIETATIS ET DEMISSAE OBSERVANTIAE SVAE



PROOEMIVM.



*In multumque cogitanti mibi , qua-^{Institutionis}
le potissimum eligerem inauguralis
dissertationis argumentum , operae
uidebar pretium facturus , in quo
me quaedam uelutireuerentia mo-
uet patriarcharum institutionum , si , quoad per ingenii ir-
firmitatem liceat , legem V. tit. XVI. iuris statutariorum
Norimbergensis aliqua ex parte sumerem explicandam.
Est enim illa , si quaedam , et obscura satis plenaque
disensionis inter ICtos nostros , et usu fori cum primis
frequentata , atque adeo diligentiori expositione multo
dignissima. Neque uero tantum mibi ipse tribuo , ut
credam , posse me , qui nihil ferme possum , pro digni-
tate illam explanare : sed quum tamen hoc , quicquid
est .*

A

est, operaे in me suscepim; omnibus in eo uiribus elaborabo, ut probem, legem illam non solum euictio-
nis praefandæ, sed præscriptionis etiam continere rationem. Quod ego quidem opinor ita certum esse,
ut nihil posit esse certius. Sed si tamen id forte haud
persuadeam omnibus: non tam mihi causam, quam
doctrinam, ingenium uiresque defuisse existimabo.
Ita uero hoc in argumento uersabor, ut Sect. I. anna-
lis rerum immobilium præscriptionis Germanicae usum
theoreticum pariter atque practicum sane quam breui-
ter perstringam; Sect. II. autem demonstrem, statutis
Norimbergensium niti commemoratam præscrip-
tionem. DEVS OPT. MAX. adsit
coepitis!

SECTIO I.

§. I.

*De præ-
scriptione
et rebus
immobili-
bus agitur
remissione.*

SI ego nunc multis uerborum ambagibus origi-
nem, deriuationem, significationem totam
que historiam præscriptionis atque usucaptionis
(a), quamque nihil haec uerba inter se iure ger-
ma-

(a) Vid. NIC. CISNERI comment. de iure usucap. §. XVIII. sequi.
et BOEHMERI diss. de præscript. contra leges maxime prohib.
bit. Hal. 1740. §. VII. sequi.

manico differant (*b*), ostendere; si, quibus nominibus ueniat Germanis nostris praescriptio (*c*); et quae tandem res immobilium numero habeantur (*d*), docere; si, inquam, quicquid de iis omnibus ICti monumentis litterarum consignarunt, accumulare uelim: subuerendum mihi omnino sit, ne et abundare otio, et, quod solent otiosi, actum agere, crambenque saepius iam coctam recoctamque rursus apponere uidear.

§. II.

Sed de fine tamen praescriptionis eiusdemque *Finis usus capionis ac fundatum.*
fundamento pauca sunt, quae dicam. Quum multum omnino inter sit reipublicae, ne lites inter ciues gliscant perpetuae nullaque finienda serie temporum, sed ut certa potius sint dominia rerum; quod propter dubia ac suspensa ciuitates perturbentur: publicae utilitatis causa, generatim asferam, introductam esse praescriptionem. Sed fit ex consequenti, ut is, cui facultas denegatur agendi, si defes neglexit, bona sua, ab aliis occupata, intra constitutum a lege tempus uindicare, damnum incurrat,

A 2

et

(*b*) Conf. B. HEINECCII Elem. iur. germ. lib. II. tit. IIII. §. CXXIII.

(*c*) Conf. RICCIUS de praescript. Germanor. Cap. I. §. IIII. Quae-dam me ex hoc libro, publice hic profiteor, in dissertationem hanc transtulisse, sed ita tamen, ut fere omnia ipse euoluerim.

(*d*) Vid. VOET. de mobilium et immobil. natura. Vlrai. 1668. et KEMMERICHII disp. de facultate alienand. bona immobilia iure Francof. restricta. Ien. 1732. §. VIII.

et rei suae puniatur amissione (e). Non est igitur in poenam negligentium praescriptio recepta.

§. III.

*Vt scipio
attemp-
randa est
fini cuius-
que rei-
publ. ciui-
umque ge-
nio.*

Si quis sit, qui consultum uelit reipublicae, eam profecto rationem, ut in aliis legibus, ita etiam in praescriptione sequatur necesse est, ut in hac ordinanda ad finem ciuitatis ciuiumque naturam in primis attendat animum, nihilque constituat, quod ab his paullo uideatur esse alienius. Is enim parum habet exploratum, quid sit e republica futurum, qui omnes prorsus leges omnibus ciuitatibus populisque omni ex parte conuenire arbitratur: id quod olim iam intellexit ARISTOTELES (f), ne nunc quidem spernendus in rebus politicis auctor, iudice V. III. BARBEYRACIO (g). Diuersis diuersorum hominum ingenii, moribus, uitiae genere et ipsorum etiam locorum qualitate ciuitates earumque formae atque accidentia, quae dicunt, disident. Iura igitur ipsa etiam quin distinguenda sint, et ex uera genuinaque status ratione, quam publicam esse salutem intelligimus, diuersimode usibus ciuitatum attemperanda, qui neget, credo esse neminem. Namque perspicuum est illud, et in uulgari prudentia sicutum, non esse rempublicam ad leges, sed leges ad rempubl. accommodandas. Ut in arte medica non cuilibet omnia nec eadem semper salutaria sunt: ita in regendo et iudicando

(e) Eadem ratione contra HVGONEM de ROI tr. de eo, quod in-
stum est, lib. III. tit. 3. PVFENDORFIVS I. N. et G. lib. III.
cap. XII §. 6. disputat.

(f) Vid. eius Polit. lib. III. c. 7. ad fin. p. 180. edit. Conr. lib. III.
c. 1. p. 220.

(g) Orat. de coniungendis iurispr. et histor. studiis.

cando nisi iustitiae munia pro rerum ac temporum conditione statuantur; iusta cum iustis aliquando pugnabunt, legesque illae, per quas ciuitatis morbi curari debent, modo insalubres, modo etiam exitiosae uidebuntur.

§. III.

Hinc nemini debet uideri mirum, uix esse gentem ullam, cui idem praescriptionis tempus placuerit, quod alteri commodum uisum; sed haec longiore, illa breuiori spatio istud circumscriperit, et quaedam etiam gentes eam plane uoluerint proscriptam: quod prolixe atque eruditissime, exemplis quibusdam in eam rem allatis, probauit B. HEINECIVS (b).

§. V.

Iam ad leges maiorum nostrorum (i) si oculos conuertamus atque animum: dici non potest, quantopere istorum praescritio*nem* fere omnes a Romanorum illis non minus atque aliarum gentium differre animaduertamus. Quod quidem facile possemus exemplis innumeris, ex omni antiquitate petitis, demonstrare; nisi maiorem et breuitatis et instituti nostri rationem habendam nobis esse inteligeremus. Sed iam ex annali illa rerum immobilium usucapione, qua usos esse plurimos populos ciuit-

A 3

tes-

(b) Diss. de praescript. ann. iur. Lubec. a iure communī diuersa.

Halae Magd. 1734. §. V.

(i) Maiores nostros hic dum dico, non loquor de illis antiquissimis, qui, quod nihil haberent priuati ac separati agri, testibus CAESARE de bello Gall. lib. VI. cap. I et TACITO de morib. Germ. cap. XXXVI. non potuerunt non carere praescritio*nem* rerum praeſertim immobilium.

tesque originis Germanicae , et adhuc uti , hac qualicunque dissertatione ostendere aggredimur , satis opinamur id fore perspicuum , si quis eam cum aliarum gentium institutis conferre non grauetur.

§. VI.

*Annalis
praescri-
ptio exclu-
dit iuridi-
cationem
rerum im-
mobilium.*

Vt igitur ab ouo ordiamur ; quicumque rem immobilem et praecipue quidem emtam per annum et diem (k) quiete posidebat , ab eo neminem istam maiores nostri credebant repetere debere , aut persequi lite atque iudicio : nisi legitimis se se causis impeditum (l) rem illam , instituta actione , petere non potuisse , actor docere queat ; uel probare , rem controuersam non possideri bona fide iustoue titulo , emtionemque et uenditionem non esse legitimo modo atque iis adhibitis solemnitatibus , quas requirant leges , contractam (m). Enimuero traditio-

(k) De additamento isto diei conf. CARPZ. iurispr. foren. P. II. const. III. def. 5. et P. III. const. XXXVI. def. 3. IO. PHI. LIIPP. ad decif. El. XI. obs. 3. HEINECC. diss. laud. §. VIII. IO. HENR. MYLIVS disp. de anno iurid. Lips. 1682. §. XIII. et RICCIUS l. c. cap. XII. Add. Illustr. SENCKENBERG. sel. iur. et histor. tom. III. p. 545.

(l) Hinc illae frequentissimae clausulae : es vvaere dann , dass einer ebehaftte Notb beuweise ; it. er berede denn , dass ihm ebehaftte Notb geirret habe , et plura eiusmodi.

(m) Etenim has qui negligebant solemnitates , consulto id fecisse credebantur , et rem omnem ea propter egisse clanculum , ut illi ne facile quicquam de eo comperirent , quorum interesset. Atqui non erat annuae nostraræ præscriptioni locus contra eos , quorum consensu opus esset in alienatione , et qui iustas afferrent ignorantiae rationes. Contra uero , adhibitis illis solemnitatibus , eorum consensio bonaque fides merito præsumebatur.

traditiones plurimas uenditionesque bonorum maioris paullulum momenti apud Germanos non , nisi in iudicio et publice et συμβολικῶς et praesentibus aliquot testibus factas (n) , ratas fuisse , omnibus Germanicarum consuetudinum aliquanto peritioribus , notum est , mihi ad commemorandum omnino necesarium . Quin etiam multis legibus populorum Germanicorum sanctum legimus , ne quis committat , ut emat aliquid , quod paullo sit maioris momenti , nisi uendor idoneum habeat fideiussorem . Instituta breuitatis causa duas tantum proferam ex libro IO. SKENAEI , qui inscriptus est : REGIA MAIESTAS SCOTIAE ; quod is sit omnium rarissimus . Cautum ibi est (o) : Ne quisquam emat aliquid , nisi uendor ipse habeat , et inueniat emtori legalem plegium (fideiussorem) . Et alio loco (p) : Nullus emat ali- quam

(n) Quid ? hoc qua alia ex causa putemus esse factum , quam ut et robur quoddam adderetur contradicibus , et de uenditione aliquius rei illi fierent certiores , quorum referret , eam resciscere ? Intervm de iis omnibus plura uid. apud SCHILTER. exercit. XXX. ad ff. §. XXXXI. HEINECC. elem. iur. Germ. lib. II. tit. III. §. LXXII. sequ. et tit. XIII. §. CCCLXXXIII. sequ. GE. BEYER. delin. iur. Germ. lib. I. cap. XVIII. pos III. et XXV. ibique laudat HOMEL. dis. de solemni. uendit. Lips. 1737. p. 33. et IO. GVIL. HOFFMANN. Spec. iurisprud. symbol. ueter. Germ. Francop. 1736. §. XIII. sequ. Add. MARTINI comment. ad Procesf. Saxon. tom. I. p. 457.

(o) REG. MAIEST. SCOT. lib. I. cap. XVIII. n. 1.

(p) Ibid. LEG. BVRGOR. cap. CXXVIII. n. 1. et 2.

quam rem in burgo , nisi habeat legalem plegium , exceptis cibo , potu , aut pannis scisuratis ad induendum et huiusmodi minutis mercantiis . Et si aliter emerit , rem emtam amittet , licet hanc emerit per legem (q) .

§. VII.

Demonstratur ex iure Germanico et quidem ex legibus Saxonis.

Atqui , ne quis ea , quae modo dixi de annua illa praescriptione , in dubitationem adducat , operae pretium fuerit , uagari paullisper per ueteres leges ac statuta recentiora gentium ciuitatumque origine Germanicarum , atque ex iis probatum dare , his tantum non omnibus eam placuisse usucacionem (r) , multisque etiam nunc , inolecente licet iure Romano , placere . Et primo quidem in medium prodeant leges Saxonicae prouinciales , non omnes (s) , sed

prae-

(q) Ex his omnibus , ut opinor , facile erit ad intelligendum , bona fidei iustique tituli non omnino nullam a Germanis habitam esse rationem . Quod tamen nolim quisquam ita accipiat , ac si id in uniuersum credam esse verum , aut ad tricennariam illam usucacionem Teutonicam applicandum . Non ignoro , maioribus nostris publicam utilitatem in praescriptionibus curae fuisse positissimum .

(r) Annuae praescriptionis uestigia iam inueniuntur in LEG. SALIC. tit. XXXXVII. §. III. ap. SCHILT. thes. antiquit. Teuton. tom. II. p. 81. Conf. RICCIUS l. c. cap. III. not. *

(s) Vide praeter laudatas in textu leges SPEC. SAX. lib. II. art. XXXXIII. edit. Ludonic. p. 315. et lib. III. art. XXXVIII. edit. Ludovic. p. 315. et lib. III. art. XXXVIII. p. 465. Hos quidem articulos , sunt , qui ad omnia alia pertinere existimant : quorum ego rationibus respondeam in confictu .

praecipuae; quarum numero eam habeo, qua de possesione domini in feudis oblatis ita sanctum est
 (t): Welcher Mann einem Herrn sein eigen Gut giebet,
 und er ihm das bernach wieder zu einem Leben leibet, der
 Herr hat keine Gabe mehr an dem Gut zu bereden, er hätte
 es denn Jahr und Tag bernach in seiner Gewebr behal-
 ten, von der Zeit als ers diesem zu Lehn thät. Er mag
 es aber darnach sicherlichem ienem wol wieder leiben, also
 dass er noch seine Erben kein Eigen förder daran bereden
 mögen, sondern Leben. Ex his quidem uerbis, ut opinor,
 nemo erit, quin intelligat, dominium dire-
 ctum rei immobilis anno et die praescribi potuisse
 apud Saxonies. Neque aliud quidquam cautum de
 dominio utili esse obseruamus in Saxonico iure feu-
 dali. Ita enim illud (u): Ob ein Herr seinem Manne
 leugnen wollt, dass er ihm ein Gut geliehen hätte, das der
 Mann doch in seiner Gewebr und Besitz hätte sechs Wochen
 und ein Jahr nach der Belehnung ohne des Herrn rechtliche
 Wiederfracie. So dann der Mann bernach des Lebens
 rechte Gewebr gezeugen mag, so behält er die Gewebr allein
 auf dem Heiligen (iureirando), und darneben das Gut
 ohne Gezeugen, und mag man ihn das Gut bernach mit keiner
 Ansprach wiedersechten. Porro uero ius Weichbildicum
 (x) seu municipale Magdeburgensium annua eum
 praescriptione tuetur, qui bona immobilia auctoritate
 B publi-

(t) SPECVL. SAXON. lib. I. art. XXXIII. edit. laud. pag. 91.
 sequ.

(u) Cap. XIII. edit. Ludovic. p. 37. ed. Schilter. cap. XII.

(x) de Origine ac Significatione huius uerbi vid. WEHNER. præf.
 obseruat. lit. W. et LVDOVIC. præfat. iuri Weichbildico
 præfixa.

publica emta uenditaque possidet. Etenim ibi quum satis prolixo explicatum esset (y), qua ratione emtio et uenditio fieri deberet, ut expediret emtori: additur tandem (z): *Dieser, der das Eigen also gegeben hat, der soll sein Gewehrer (a) seyn an dem Gute, Jahr und Tag, als recht ist.* Obtinuit autem olim ius Weichbildicum inter omnium urbiuum Germanicarum consuetudines ac Statuta principem locum, ideoque ad aemulationem iuris ciuilis Romanorum *ναρτ' εζοχήν* ius oppidanum, Germanice *das Stadt-Recht* appellatum est (b). Hinc eius etiam usus beneficii singularris nomine aliis est ciuitatibus concessus: cuius quidem rei non desunt nobis exempla (c). Patebit ergo, opinor, annalem nostram praescriptionem iure Saxonico non modo alienam non esse; sed demonstrari etiam eo atque illustrari mirifice.

§. VIII.

(y) IUS WEICHEB. art. XX. edit. Ludouic. p. 40. sequ.

(z) Ibid. art. XXI. p. 42. ed. laud. Huc etiam pertinent duo alia loca iuris Saxonici. WEICHEB. art. XXX. et SPEC. SAX. lib. III. art. LXXXIII. sub fin.

(a) Venditorem tamdiu debere emtori de euictione cauere, quamdiu huic res emta euinci potest, notum est atque apud omnes peruulgatum. Ceterum quum, quae sequuntur in lege hac, pugnare multis uideantur cum iis, quae hoc transcripti: dicam: in confitu, quomodo ea putem concilianda esse.

(b) CONRING. de Orig. iur. Germ. cap. XXVIII. p. m. 174. AVCTOR iur. Weichb. art. X. cum gloss.

(c) Duo sane illustria exhibentur a LAMBECIO rerum Hamburg. lib. II. p. m. 45. num. 141. sequ. Caeterum haec ita a me scripta nolim accipi, ut quem minime fugiat, quid de iure hoc nostro Weichbildico deque Speculo Saxon. et Suevico iudicent periiores.

§. VIII.

Eandem consuetudinem uiguisse olim in Sue-*Et Al-*
 via crediderim (*d*). Enimuero id quamuis ex illo *mannicis.*
 prouinciali iure Alamannico non adeo fieri possit per-
 spicum ob fucum juris Romani , qui ubique fere
 legibus istis et in praescriptionis quidem argumento
 potissimum haeret (*e*): non inepte tamen annuam
 nostram usucaptionem collegoris ex uerbis Speculi
 Sueuici (*f*) , illis quidem sat obscuris : *Die chayser*
und die kinig die haben ditz gemein recht gemacht (*lo-*
quitur de praescriptione iuris ciuilis Romani) *doch ha-*
bent sy lengerew tzil vorher in selber aufgesetzet an irem gut
zeutigen (*rescribendum forsitan ze vertigen (ff)*) *und*
tze besitzen denn dew Gewonhait nu stet das doch nur jar
und tag ist. Huc quidem ea etiam credo pertinere
 (*g*): *Wer ain gut in gewer hat jar und tag an all wider-*
sprach der hat ain rechtew gewer daran die sol im n'eman
prechen denn mit gericht (b). Nec minus haec

B 2

(i): Was

(d) Patebit id ulterius *ex usu pratico infra* (§. XIII.) *demonstrando.*

(e) Pluribus id probatum dedit B. HEINECC. *histor. iur. lib. II.*
 §. LXXII. sequ.

(f) Cap. CCLXIII. pag. 74. sequ. edit. Berger.

(f) Errorum cum suspicamur natum *ex compendio hoc scripturae:*
Ze v'tigen, dum illa transuersum ducta leviterque inflexa linea ob-
 fecurata est, ut a librario non sit cognita.

(g) SPEC. ALAM. cap. CXXI. p. 255. ed. laud.

(h) Haec quomodo putem intelligenda esse , docere posunt ea,
 quae supra (§. VI.) exposui. Ego quidem certe adduci adhuc
 non possum , ut, quae de distinctione inter praescriptionem
 possessionis et proprietatis a quibusdam afferuntur, ea in omnem
 partem valere credam.

(i): Was der man jar und tag in rechter gewer nicht en hat
da sol er umb antworten. Iam quod ad ius feudale Alamanicum attinet, quod scimus laciniis peregrini iuris deformatum non esse, istud quidem praescriptio nem annalem etiam contra feudi dominum adstruxit (k); cuius quoque uerba adscribere iuuabit: Vnd laugent ain herre seinem mann aines lebens und hat der man die gewer (daz leben (l)) gehabt jar und tag in seiner stillen gewer und mag er die gewer ertzewgen als bievor gesprochen ist so ertzwegt er sein leben wol gegen seinen berrn mit ainem seinem manne und mit ainem andern biderbn manne. Videmus, hic eadem fere fanciri, quae paullo ante apud Saxones obtinuisse obseruauimus.

§. VIII.

*Item ex
Bauaricis.*

Progredimur ad Bauaros; quorum in legibus antiquis passim occurrere illam unius anni ac diei praescriptionem rerum immobilium animaduertimus. Laudatus Perilluistris DOM. de EBNER, maior omni laude mea, ex bibliotheca sua, rarissimis eius modi λειψάνοις refertissima, copiam nobis fecit codicis MSC. membranei iuris huius prouincialis, ex quo pauca delibare, operae pretium est. Quod caput hoc primum facere existimo, inscriptionem prae fert:

(i) Ibid. cap. CCV. p. 323. cit. ed.

(k) IVS.FEVD. ALAM. cap. XI.

(l) Ita legit codex MSC. membraneus antiquissimus, quem mecum pro insigni sua erga me benevolentia communicavit Perilluistr. DOM. de EBNER, ab Eschenbach etc. Duumvir reipubl. patriae grauissimus, Musarum dulce decus; quem ut seruet DEVS IMMORT, diutissime incolumem, precor.

fert : *Vmb morgengab*, atque ita cauet : *Ist das ain man
ain guet kauft umb sein pfenyng und da ein frauw yr mor-
gengab auf hat und es die frauw yn lat kaufen und davider
mit redet und die das verschweiget jar und tag oder mer
und kumt sy darnach fur gericht und klagt umb das guet da
hab si ir morgengab auf dunkt uns das si furpas nicht fueg
darzu hab wen si es ze lang verschwigen hat und wiß das in
dem land davon gross geprest ist gewesen.* Capite alio,
eadem insignito inscriptione, fancitur : *Wen ain frauw
ir morgengab nach irls wirtz tod in rechter nutz und gewer
besitzet jar und tag on all recht ansproch es sey aygen oder
leben und die gewer erzogen mag oder erzogt hat der sol
si geniesen gen allermaniklichen si hab darumb brief oder
nicht.* Porro uero hoc iure cautum est (m), ut de
allodio conuentus, qui se probare queat legitime hoc
posseditse, eoque usum esse per annum et diem,
nulla unquam ipsi ea de re illata lite, debeat deinde
praedium tenere quiete, omni exclusa petitoris actione.
Neque adhuc in Carinthia rem se se aliter habe-
re, quod quidem ad bona burgensatica (n) attinet, ^{Et ex iure:}
<sup>Carin-
thiae.</sup> ex eius iure discimus (o) : *Wer bey gutem Gericht und
mit stiller Gewehr ein Purchrecht herbracht hat Jahr und
Tag,*

B 3

(m) IVS PROVINC. BAVAR. cap CLXXXVIII. Conf. III. SENKENBERG. corp. iur. feudal. Germ. pag. 261. Add. cap. CC. sequ. p. 265. l. c.

(n) De his vid. Viri consult. BVRI ausföhrl. Erläuterung des in Deutschland üblichen Leben-Rechtes. pag. 781. sequ. atque illustr. SENCKENBERG. select. iur. et histor. tom. V. p. 361. sequ. ac p. 364.

(o) LANDS-HAND-VESTE des Ertz-Herzogthums Kärnthen. pag. 14.

Et ex diploma quodam FRIDERICI I. Imp.

Tag, mag er das fürbringen, so hat er fürbas recht. Hic praeterea facere non possum, quin aliquid adscribam e diplomate FRIDERICI I., Imperatoris, pro fundatione Asceterii Lobenfeldensis A. CIOCLXXXI exarato (p), quod fortassis primo loco fuiset ponendum. Statuit CONRADVS Rex, patruus FRIDERICI I. Imp. quatenus ibidem DEO seruientes, quicquid oblatum sibi per annum et diem sine reclamatione possederint, diuina protecti gratia, perpetuis temporibus possiderent.

§. X.

*Obtinet
haec praef-
scriptio
etiam in
Germani-
cis ciuita-
tibus plu-
rimis.*

Iam uero nostra uidetur interesse paucis disquirere, an in ciuitatibus etiam Germanicis similis consuetudo inoleuerit. Et sane, quamvis non iuermi inficias, ex eo tempore, quo in Germaniam penetrarunt iura Romana, passim esse usucaptionem hanc immutatam oblitterata inque: non tamē ita unquam ea offecerunt iuris Germanici luminibus, nihil ut usquam hodie prisci illius instituti superesse existimeamus. Multo plurimis adhuc locis consuetudo haec incorrupta seruatur, ut unius anni ac diei spatium possessori securitatem praestet, si is praedium maxime auctoritate interueniente eorum, qui iuri dicundo praesunt, solemniter accepisset traditum. Quod ut extra omnem dubitationis aleam ponatur; iuuabit aliquanto diligentius lustrare diplomata ac statuta, quibus hanc fulciri praescriptionem intelligamus. Atqui Imperator FRIDERICVS I. singulari diplomate A. CIOCLXXXV iura confirmatus ciuitatis Bremensis, quae

(p) Conf. SCHANNAT, histor. Episcop. Wormat. tom. II.
p. 86.

quae ipsi olim, ita ferente fama, CAROLVS MAGNVS dedit, nostram usucaptionem stabiluit (q). Et eandem quidem etiam Vlysiaeae (Vlzen) uigere, discimus ex illius statutis de A. cccclxx (r), quibus caustum legimus, ut ciues bona allodialia emta, ac sine interruptione possesfa, anni ac diei usucapione acquirant. Id quod et Luneburgi (s) et Hanouerae (t) obseruari, facile esset ad demonstrandum, si legibus earum ciuitatum excerptis immorari placeret. Neque aliis moribus uiuitur Rigae (u). Spirae quoque nemini licet negotium facesfere possefori rei immobilis, nisi eam intra annum et diem actione persequatur, uel probabilem ignorantiae causam obtendere possit. Quod quidem luculentissime probatum dat priuilegium a LEHMANNO (x) productum, mutinumque auctoritate HENRICI V. et CAROLI III. Imperatorum: *Si quis curtem uel domum per annum et diem sine contradicitione posederit, nulli hoc interim scienti ultra inde respondeat.* Idem Wormatiae obseruari infra (§. XIII.) in usu forensi docebimus. Neque alio iure Lindauientes uti, colligo ex diplomate RUDOLPHI I. Regis Rom. A. cccclxxv, in eorum gratiam scripto et

(q) Vid. LVNIGII *Reichs-Archiv.* part. Spec. contin. III. p. 220.

(r) Statutum extat in PFEFFING. *Braunschweig-Lüneb. Historie* P. II.

pag. 341.

(s) Vid. RETHMEYER. *Braunschvv. Lüneb. Chronick.* tom. II pag.

1833. n. 7.

(t) Locus Statuti est apud PFEFFING. *Braunschvv. Lüneb. Historie* P. II. p. 955.

(u) STATVT, RIGENS: lib. III. cap. XI. §. 6.

(x) LEHM. *Chron. Spir.* lib. III. cap. XXII. et lib. VII. cap. III.

et a LVNIGIO (y) prolatō; ex quo quae ad usum nostrum spectant, ita se habent: *Quicunque aliquod ad forum perfidens praedium eiusdem ciuitatis ratione emtionis uel hereditatis per spatium unius anni et unius diei in quieta tenet posseſſione, ita, quod si infra terminum praedictum secundum iuris formam non contradicitur reclamando, illo reclamante in prouincia exilente, de cetero id praedium pacifice posſidebit.* Simile priuilegium, iisdem plane uerbis insertum diplomati ALBERTI, Regis, quo iura urbis imperialis, Buchornii, ad lacum Bodamicum, amplificata fūt, inuenimus apud LVNIGIVM (z). Nec minus annuam praescriptionem rerum immobilium, auctoritate magistratus interueniente traditarum, receperunt Goslarienses: id quod eorum leges testantur (a): *We me men enes egenen vrede wracht alſe recht is, heft he dat darane jar unde dach in snen weren ane rechte wederſpracke, dat ne mach eme neyman ansprechen, de hynnen deme jare heft bynnen landes gewesen, he en hedde deme in venuknisse gewesen, dat he id nicht wederſprecken ne möchte.* Hinc etiam uenditorem aduersus eiusdem terrae incolas ultra annum et diem ad euictionis praestationem obstrictum nolunt. Audiamus ipsa legis uerba (b): *We en erve workofft, de ſchall weren dach unde jar vor rechter anspracke ſo is id ledig, id enſy.de dat anſprecken ne mach dat de buten (auſſer) landes ſy.* Atque ita etiam

(y) REICHS-ARCH. part. spec. cont. III. p. 1298.

(z) Ibid. p. 708.

(a) Apud III. LEIBNIT. in Script. Brunsuic. tom. III. p. 494. n. 8.
Add. quae ibid. habentur p. 488. n. 79. p. 489. n. 96. p. 494. n. 1. 5 et 6.

(b) Ibid. p. 494. n. 13.

etiam Brunsuigae rem se se habere, ex statuto hoc
discimus (c): *Swes eneme vrede wert ghewracht, unde
he darmede besit jar unde dach, dat ne mach neyn man geh-
breken.* Similis est Lubecensium (d) et Hamburgen-
sium (e) sanctio. Quam aequae probant ciuitates,
Wratislavia (f), Sora (g), Francofurtum ad Moe-
num (h). Quin et in Bohemiam ius istud pene-
trasce, argumento sunt ea, quae in eius iure oppi-
dano (i) hanc in rem praecipiuntur. Et omnino
dixerim, in multis quoque Prusiae ciuitates hanc in-
uetam esse consuetudinem. Enimuero illis, ab or-
dine Teutonico subactis, idem ius, ac Hamburgen-
sibus a IOANNE et GERARDO, Comitibus Hol-
satiae, A. C. CIICCLVIII. concessum est, nempe
Weichbildicum indulsum esse animaduertimus (k).
En diplomatis ab HERMANNO, memorati ordinis Ma-
gistro, A. CIICXXXIII. exarati uerba, quibus id con-
firmata

(c) Ibid. p. 436. n. 33.

(d) IVS LVBECK. lib. III. tit. VI. art. 3. et lib. V. tit. VI. art. 1.

(e) IVS HAMBVRG. P. I. tit. XXX. art. 3. P. II. tit. VI. art. 14. et
tit. VIII. art. 6. 7. add. P. III. tit. III. art. 18.(f) Vid. Breslausche Gerichts- und Proces - Ordnung in Ill.
WEINGART. Cod. Ferdin. Leopold. Ioseph. et Carolino.

p. 103.

(g) Statutum legitur in MAGNI Beschreibung der Graefl. Residenz-
Stadt Sorau §. XIII.(h) AVCTOR der Anmerkungen zu der Franckfurt. Reform.
p. 316.(i) BOEHMISCHES STADT-RECHT, cap. XXVIII. art. 47. sequ.
et 51.

(k) LAMBECK. rer. Hamb. lib. II. p. iii. 45.

firmatur : Statuimus in iisdem ciuitatibus iura Magdeburgensia in omnibus sententiis in perpetuum obseruari. Iam autem hoc iure quid ratione praescriptionis nostrae cautum sit , supra (§. VII.) uidimus. Regiomonti sane illam obtinere , testimonio statutorum eius ciuitatis firmari potest (l). At uero de his satis. Omnia enim Statuta , quibus haec consuetudo stabilita est , quis commemoret ? Extare multo plura , mili quidem persuasum est : sed plura excutere neque licet , neque etiam opus esse reor. Satis est , ostendisse paucis , ne hodie quidem a Germanis huic iuri patrio plane datum esse repudium. Possum equidem multa addere de excluso post anni et diei decursum retractu gentilicio pariter ac de annali praescriptione haereditatis , haerede destitutae , si tanti uideatur , aut ego extra modum prodire uelim prolixitate.

§. XI.

*Item in
Gallia, His-
pania,
Belgio,
Scotia,
Dania,
Suecia.*

Interim quam late pateat ius istud Germanicum , uel inde facile intelligas , quod per magnam Galliae , Hispaniae , Belgii aliarumque prouinciarum partem eius usus sanctissime custoditur. Illud enim religiose seruant Bituricenses (m) , Aurelianenses (n) , Tur-

(l) III. SÄHME de Statut. ciuitat. Region. art. V. Add. NEVESTE NACHRICHTEN von iuristischen Büchern. Th. XVI. Band II. p. 742.

(m) CONSVET. BITVR. tit. VI. §. 1. edit. Gothoff.

(n) CONSVET. AVREL. tit. XVII. cap. I. tit. XXII. cap. II. gloss. ed. laud.

Turonenses (*o*), Burgundi (*p*), Britones (*q*), Normanni (*r*), quin Galli ceteri quidem omnes, uti testatur Vir illustris SENCKENBERGIVS (*s*). Iam dubitari nequit, quin hi populi fuerint Germani, et hinc eam consuetudinem uere Germanicam ex patria secum in Galliam intulerint. In Hispania non minus illam frequentem esse cognoscimus ex lege quadam (*t*), cuius haec summa est : *Posidens rem aliquam quiete per annum et diem titulo et bona fide, non tenetur super ea scienti respondere ulterius.* Belgis quoque unius anni et diei possessionem ad absoluendam praescriptionem sufficere, si quis auctore praetore, bona fide iustoque titulo fundum adquisuerit, urbium quarundam Statuta docent (*u*). Quid, quod iam olim quidem, quum nemini adhuc ibi locorum imposita esset necesitas transferendi oppignorandique bona immobilia coram iudice rei sitae, uenditis pra-

C 2

diis,

(*o*) CONSVET. TVR. tit. XV. art. I. eiusd. ed.

(*p*) CHASSAN. Confuet. Burg. rubr. X. §. I.

(*q*) BERTRAND. ARGENT. comment. in leges Briton. art. CCLXV. uerb. *de celui qui est posseleur.* column. 879. sequ. Add. eiusd. Coutumes general. des pais et Duché de Bretagne, titre XV. art. CCLXVIII. p. m. 47. sequ.

(*r*) LEG. NORM. apud III. LVDEWIG. reliqu. MSC. tom. VII. pag. 337. 342. et 376. sequ.

(*s*) SELECT. iur. et histor. tom. III. p. 545. not.

(*t*) ALPHONS. de AZEVEDO comment. ia constit. Hispan. tom. II. lib. III. tit. XV. l. 3.

(*u*) HEINEC. elem. iur. Germ. tom. I. lib. II. tit. IIII. §. CX. not. et ibid. laudat. Add. ANTON. MATTHAEI lib. II. de nobilitate etc. Hollandiae p. 339. sequ.

diis, nisi creditor de constituta in iis hypotheca fidem apud acta faceret intra annum et diem, ius in re amittebat (w). Item Scotorum legibus, ante medium saec. XII. promulgatis, annum spatium securum reddit eum, qui praedium emit bona fide adhibitoque legitimo testium numero. Quoniam illae in per paucorum manibus sunt: quaedam hic ex iis (x) adscribamus: *Quicunque tenuerit terras suas in pace per unum annum et unum diem et sine calunnia; quam fideliter emit per testimonium duodecim iuicinorum suorum; si quis eam calumnauerit post annum et diem, et fuerit in eadem regione, et de actate, et non in carcere, et ipse infra praedictum terminum clamorem (petitionem) inde non mouerit super hoc, nunquam audietur.* Denique in Daniam ac Sueciam usque pertinuisse hanc praescriptionem, uel ea sunt documento, quae hac de re in iure Danico (y) et legibus ciuitatum Sueciae (z) leguntur, quibusque hic describendis breuitatis studio merito superfedemus.

§. XII.

Demonstratur de-
nique ea
confuetudo
ex iure
Francico,
quod dici-
tur Kaisers-
Recht.

Haec iam quium scripsissem, oblata mihi est disertatio de praescriptione Germanorum annali, quam pro summis in iure honoribus A. CIOCCXXXX. Giesae habuit Cel. GEORG.GVIL. LVD. BENECKE, quamque diu multumque antea quae sui frustra. In qua multa qui-

(vv) ANT. MATTH. laud. loc. p. 334. coll. p. 339.

(x) LEG. BVRGOR. cap. VIII. n. 1. in SKENAEI Reg. Maiest. Scot. Add. ibid. cap. LXXXV.

(y) IVS DAN. lib. V. cap. VII. §. 12. p. 485.

(z) LOCCEN, Suec, regn. leg. ciuil, aut ciuitatum, tit. III. cap. XII.

quidem inueni eruditissime disputata; sed nihil eiusmodi, cuius nomine meae me qualiscunque opellae poenitere debeat. Interim mihi uelim liceat per ui-
rum doctissimum, quaedam ex ipsius dissertatione in
usus meos transferre. Deceat sane, illa primum oc-
cupare locum: quum aliter uero iam non possum,
hic ea, licet non satis congruenter, adscribere, quam
prorsus omittere malim. Ex codice nimirum MSC.
iuris prouincialis Francici, *Kayser-Recht* (a) dicti,
haec Vir Cel. extulit (b) *Eyn iclich mann der eygen Gud*
sal besitzin jar inn tag in nucze um in dinste an alle anpro-
che, also se der Keyser bat gesaczt Daz vor des Kayssers
ougen med sinnigen monde vnn czu gesaczten tagen wannen
eyn iclich mann also syn eygen besesin had so ist sin recht ey-
gen Ouch en mag ez eme nymant abegerede met keiner czungen.

§. XIII.

Hactenus igitur satis, opinor, annuam hanc *Offenditur*
rerum immobilium usucaptionem demonstrauimus ex *eius usus*
legibus ac statutis gentium ciuitatumque originis Teu-
tonicae, ut de ea dubium superesse amplius non posse
uideatur. Facti iam memores promisi, colligamus
hic aliqua ueluti per lancem saturam, ex quibus in-
telligi queat, forensi illam usu non caruisse. Quod
ex ipso rei natura fluit, ut, contracta emtione ac
uenditione, ad praestandam euictionem obligatus
sit uendor; id quidem uidemus a Germanis serua-

C 3

tum

(a) Vid. de eo III. SENCKENB. praef. corp. iur. feud. Germ.

§. 9.

(b) laud. diss. §. XIII. p. 15.

tum esse religiosissime (c). Atque haec auctori iuncta obligatio iis locis, ubi praescriptio nostra usu est recepta, anni et dici terminis merito circumscribitur. Ita Cel. SCHANNATVS (d) chartam produxit super acquisitione quadam, iusto emtionis titulo facta a Schonaugiensibus A. CCCCCLXIII., quae nos de consuetudine hac Wormatiae usitata reddit certiores: *Quam curiam - - - publice tradiderunt et assignauerunt fratribus monasterii Schonaugiensis, plenam eis Warandiam per annum et diem, secundum ciuitatis nostrae (Wormatiae) consuetudinem, promittentes.* De usu eius inter cives Spirenses testatur instrumentum emtionis et uenditionis de A. CCCCCLXXXIX. a diligentissimo auctore chronici Spir. LEHMANNO (e) prolatum; cuius uerba, huc pertinentia, ita se habent: *constituens se Warantum reddituum eorum super domibus praelibatis per annum et diem, iuxta ius et consuetudinem ciuitatis Spirensis.* Paullo post ibidem aliud extat in eandem sententiam scriptum documentum. Similis argumenti sunt litterae emt. uenit. inter RUPERTVM, Electorem Palatinum, et Dominos de EBERSTEIN, A. CCCCCXXXV. exaratae, apud SCHILTERVM (f): *Vnd derselben egen:*

Stat

(c) Factum id est praesertim ratione haeredum et propinquorum, si bona potissimum a maioribus esent ad possessorum delata. Notum enim est, eiusmodi bona sine consensu legitimorum haeredum alienari non posuisse. Quin ne Imperatores quidem facile quidquam alienarunt, nisi cum filiorum consensu. Conf. Ill. LVDEWIG. opuscul. misc. tom. I. p. 640. sequ.

(d) In histor. episc. Wormalt, tom. II. p. 132.

(e) LEHM. Chron. Spir. lib. IIII. cap. XXII.

(f) In thesauro antiquit. Teuton. tom. III. p. 824. u. Waere.

Stat Bretheim mit alle irre zugeborde - - - sullen wir und
 unser erben, in und sin erben, weren jar und tag, nach
 des landes recht und gewonheit. Wer es aber das die vor-
 gen: Stat B. ansprechig word in jar und in tag, von wem
 das geschebe, das sullen wir versprechen etc. Ill. HVNDIVS (g)
 etiam cum orbe erudito communicauit monumen-
 tum de A. CICCCCI. quod causae nostrae inferuit:
*Obligantes nos praesentibus iuxta terrae morem et consuetu-
 dinem, uidelicet per annum et diem, ad omnem actionem seu
 petitionem, quae supra dicta curia ipsis seu ipforum monaste-
 riorum moueri poterit, penitus abolendam sub propriarum dispen-
 dio expensarum. Iungo huic egregium ex Bauaria peti-
 tum exemplum, quod typis exscribendum curauit
 SENCKENBERGIVS (h), nunquam sine laude comme-
 morandus; et quo Abbatissa Kubacensis bona non-
 nulla, ab emphyteuta suo sine praetua oblatione uen-
 dita, sibi vindicat. In quo quum multa occurruunt
 expressissima antiqui moris Germanici uestigia, tum
 uero euictionis per anni et diei spatium praestandae
 diserta fit mentio. Lubet ex eadem terra alterum
 etiam excitare testimonium. In lucem id prodire
 iussit B. a LVDEWIG (i), nominis immortalitate op-
 pido dignissimus: *Quam uenditionem ratam - - - tenere
 spomedimus - - - una cum patruo meo dilecto compromitten-
 te, - - - eadem bona exbrigando (k) ab omni impetitione
 usque**

(g) In Metrop. Salisburg. tom. II. p. 29.

(h) Select. iur. et histor. tom. III. p. 486. 489.

(i) Reliqu. MSC. tom. VI. p. 412. sequ.

(k) Exbrigare et disbrigare idem est medii aeuii scriptoribus, ac libe-
 rare a lite. Hinc non inconcinnare pro euictionis etiam praesta-
 tione

usque ad finem anni et diei uendicionis, more consueto. Transeam, Bauaria relicta, in Sueviam, inuestigaturus, amon in iis quoque terris praescriptio haec cuiusque annalis in usu forensi uersata sit. Extant adhuc ad omnium memoriam tabulae emtionis uendicionis A. CCCCCXV. inter VLRICVM, Comitem Wurtenberg. et CONRADVM de Weinsperg factae (l); ex quibus quae huc spectant, iuuat excerpere: *Ich verzehe auch Grave Vlricher vnd seinen Erben einer Webrunge vorgenannten gutte für ein Recht aigen Jahr unnd Tag, die Ich oder meine Erben Me oder seinen Erben thuri sollen, nach dess Landes Recht.* Hasfiae ac Wetterauiae non diuersum ius fuisse monumentorum fide doceri potest. At ex unico tantum eorum huc quaedam transcribemus (m): *und globen dem vorgesriben Gotfriden Herrn zu Eppinstein vnd seinen Erben recht Werunge Jahr und Tag zu dum.* Ex territorio Brunsuico-Luneburgensi eruditissimus PFEFFINGERVS (n) chartam attulit, qua uenditores decimiae alicuius, ad praestandam euictionem obstagii lege obstricti, praescriptione anni ac diei ab illa obligatione ipso iure liberantur. Porro in Holsatiae foris eandem usitatam esse, fidem monumenta faciunt, quae LYNIGIUS (o) et

tione usurpat in antiquis monumentis. Conf. RICCIUS de usu iur. Rom. in Germ. §. XV. not. * et de praescript. Germ. cap. XI. §. VIII. not. *

(l) SENCKENB. I. c. tom. II. p. 228. sequ.

(m) Ibid. tom. I. p. 189. Add. tom. III. p. 543 - 547.

(n) In der Braunschv. Lüneb. Hist. T. II. p. 604.

(o) LVNIG. Reichs-Arch. spicil. ecclsi. tom. II. p. 337. et passim alibi.

et LAMBECIVS (p) ediderunt. Denique eius in Belgio usum demonstrat uenditionis instrumentum, A. C. cicioxvi confectum. Ita enim ibi (q) : Ende Floorys van Tol voersz lovede Ian Tol zyn broeder voor- noemt dese voirsz zes ackeren lants te waren jair ende dach als recht is. (r)

§. XIII.

Quae quum ita se habeant, quis est, quin intelligat, annuam hanc usucaptionem ex iure antiquo et genuino Germanorum descendere, fereque uniuersa in Germania obtinuisse prius, quam, profligatis antiquis patriae iuribus, peregrinas leges inuexit ius Romanum et ICTORIUM, illi unice innutitorum, auctoritas. Plura omnino documenta restarent, a nobis commemoranda : uerum hic breuitatis, quam eruditionis alicuius, quae in nobis nulla est, laudem conjectari prius habuimus atque antiquius. Proxi-
D
mum

*Conclusio
primae
sectionis
et transi-
tio
ad alteram.*

(p) LAMB. lib. II. rer. Hamb. p. m. 78. sequ. et gr. Occurrit ibi species quaedam cautionis, cum Warandia coniunctae, de qua sibi nondum satis liquere, fatetur LAMBECIVS. Vocatur ea p. 80. Selandia et p. 81. cautio, quae vulgariter dicitur Sele. Ego illa quidem arbitror emtori per uenditorem caueri traditionem rei uenditae; idque mihi videor recte colligere ex iis, quae de verbo *Sal* more suo eruditissime disputat Celeberr. HEV- MANNVS noster comment. de Salmannis §. III. VI et VIII. it. SCHILTERVS glosfar. Teuton. u. *Sala. Selle.*

(q) ANTON. MATTH. lib. II. de nobilitate etc. Hollandiae p. 334.

(r) Illustrē exemplum praescriptionis nostrae, ex actis publicis eru- tum, laudat BENECKE d. c. §. XV. p. 18.

mum iam est , ut ad explicationem Statuti nostri , cuius maxime causa haec est instituta tractatio , pro uehamur . Neque hic non daturi sumus operam , ut , si non alia re , breuitate quidem certe lectori nos commendemus .

SECTIO II.

§. I.

*Ius statutarium
Norimb.
annalem
banc usu-
cpcionem
agnoscit :
cuius uer-
ba repe-
tuntur .*

IVs statutarium perillustris reipubl. Norimbergen sis , quod Reformationis nomine uenit , multis in rebus a legibus Romanorum descrepare , non potest esse ignotum illis , qui eius sibi mediocrem tantum cognitionem compararunt . Cuius rei exempla extant quam plurima . Vel in praescriptione rerum immobilium uendarum , tantum abest , ut istis sit consentaneum , ut instituta maiorum nostrorum , superius a nobis exposita , omnino seruet incorru ptissime ; quo illi magis frustra sint , qui huic argumento illustrando lucein aliunde , quam ex patriis consuetudinibus foenerare conantur (s) . Iam quum sint (t) , qui negent , ullum esse annali huic praescriptioni iure Norimbergensi relictum locum : age dum ,

(s) Quae ex principiis discrepantibus proficiuntur , ea se ut expli cent inuicem , fieri omnino non posse , constat inter omnes .

(t) Nolim eos nominare , ne quis me de illorum celebritate famae detrahere uelle , aut gloriolam indiguis adeo modis acupari existimat .

dum, uideamus, an quoddam ex eo praesidium peti
posit sententiae nostrae. Ita igitur sese habet illa
sanctio, quam ad causam nostram facere existima-
mus (u): *Wann liegende Haab oder Güter, auch Rent,
Zinss, oder Gült, in der Stadt und derselben Gerichts-
Zwang gelegen, uerkauft werden, so ist der Verkauffer da-
rum Webrſchaft zu thun uerplicht Iar und Tag, aber auf
dem Land, und dem Bauern-Gericht unterworfen, uier
Iar lang. Wo aber eine Person auslaendisch, oder anderer
ehehaften Vrsachen halben an Ausführung ihrer Sprüch und
Gerechtigkeit verhindert worden, die moecht dieselben Vrsa-
chen im Gericht fürbringen, und daselbst Erkantus gewar-
ten, ob sie mit ihren Zuſprüchen zugelassen und gehoert wer-
den soll oder nit. etc.*

§. II.

Diximus iam in prooemio, non esse nobis De quibus
rebus immo-
bilibus
propositum, totam hanc legem explanare, sed ali-
qua tantum ex parte, eatenus nimirum, ut, eam Statutum
loquatur;
et quid sit
praefare
euisionem.
non modo de praestanda euictione, uerum etiam de
praescriptione absoluenda intelligendam esse, fiat per-
specuum. Igitur nihil est, cur uocibus quibusdam,
neque iis, uti nobis quidem uidentur, obscuris, ex-
plicandis immoremur. Id unum, intermittere non
possumus, quin commemoremus, Statutum no-
strum annumerare hic rebus immobilibus praedia tam
urbana, quam rustica, iisque annuos aequiparare re-

D 2

ditus

(u) REFORM. NOR tit. XVI. leg. V. pr. Verba antiquae refor-
matioonis de A. ccccclxxviii, quae sententiae nostrae miri-
fice patrocinantur, fini huius dissertationis adiuncta legas.

ditus (x), quorum dies nondum uenit (y). Item illud praeterire nolumus, quamvis forsitan iure liceat, euictionem praestare nihil esse aliud, quam sarcire damnum, quod fit, re iudicali sententia ablata. Germanice dicimus: *Schad-los halten, gewebren, Wehr-schaft leisten*, item *die Gewehr leisten*: unde in ueteribus scriptoribus legibusque Germanicis est *Waranda, Warandia, Warandatio, Warantus, Warendator, Warantizare sive Guarentizare*, et similia; quae a uocabulo Germanico ueniunt *wahren uel wehren*, quod significat tueri, conseruare, fieri auctorem, et tituli loco esse (z), itemque euictionem praestare (a).

§. III.

*Articulo primo Sta-tuti eui-
tioris
praescri-
ptionis
tempus de-
finitur.*

Articulo primo legis nostrae constitutum legimus, quo usque uenditor rei immobilis ad euictionis praestationem adstrictus teneatur. Iam nobis quidem non est propositum, in amplissimum illud euictionis campum excurrere: quum dudum id emensum sit ab

(x) Sed illae tamen res excipiendae, quae dominum habent directum (*einen Eigenberrn*). His enim nullo huius consensu alienatis, praescriptioni tantum immemoriali locus est. Conf. REF. NOR. tit. XXIII. leg. XII.

(y) Patet id ex REF. NOR. tit. XI. leg. V. §. Es werden auch Rent, Zins etc. Vid. GAIL. practic. obseruat. lib. II. obs. X. n. 3, et EVERH. FABRICII Gail. encl. lib. II. obs. X. ad fin.

(z) Gevaer idem saepe est, ac titulus. SCHILT. thes. antiqu. Teuton. tom. III. p. 825. SCHANNAT. histor. Episc. Wormat. tom. II. p. 239: Es ist ungepublich den titel oder gewebre bind-an zu sezen.

(a) Vid. HERTII paroemiar. jur. Germ. paroem. XVIII. §. 2.

ab eruditissimis celeberrimisque juris interpretibus, ut nemini adeo, qui hominis, legum scientiae dediti, nomen praetendat, quicquam posit eorum esse incognitum, quae hoc ad argumentum pertinere uideantur. At uero id si praetermittamus silentio, tempus illud anni et diei (*b*), praestandae euictioni prae finitum, ab eo currere momento, quo res prorsus uendita (*c*): iusta profecto reprehensione non careamus; quum non desint praefertim, qui id in dubium uocent. Quod illi ut faciant, quibus adducantur rationibus, ego quidem non intelligo. In Statutis certe nostris nihil est, quo se tueantur. Iam haec si uera sunt, uti sunt uerissima: euictionis sane periculo, rebus immobilibus uenditis, post continuum anni ac diei curriculum uendor liberetur necesse est (*d*). Si id autem: quid impedit, quo

D 3

minus

(*b*) Sermo mihi de iis tantum rebus immobilibus est, quae in foro ciuitatis sitae sunt. De iis enim, quae ad iudicium rusticorum (dem Bauer-Gerichte) spectant, quid dicendum sit, nullo negotio potest ex his colligi, quae de superioribus afferuntur.

(*c*) Ponitur id extra omnem dubitationis aleam per §. *Vnd so in obbestimmter Zeit der Webschaft etc. et §. Vnd ob in Zeit der Webschaft etc. et uerba antiquissimae editionis tit. XXVIII, leg. III: vvo aber die Person - - - uerbindert vworden vvere - - - damit sie in der uverschaft darein nit getragen bette.* Quiunque haec cum asserto illo, quo tempus euictionis praestandae, lege nostra prae scriptum, ex die rei judicialiter euictae currat, est conciliaturus, is erit mihi magnus Apollo.

(*d*) Accipendum hoc ita est, nisi quis docere queat, legitimis se prohibitum causis actionem non potuisse intra memoratum tempus.

minus emtorem etiam eodem spatio plenissima usu-
cpcionis munitione securum esse iubeamus ?

§. III.

*Euiſtio eſt
tam diu
praefan-
da, quam
diu eius
metuendum
periculum.*

Nam illud quidem dici , praesertim a iuris con-
fulto , nullo modo potest , obligationem de euictio-
ne ultra annum et diem non durare , nec tamen ,
eo praeterlapsō tempore , usucpcionis beneficio tu-
tum fore posſesforem . Quid enim ? praestationem
euictionis qua de cauſa putemus eſe receptam (e) ,
quam ut detrimentum ne capiat emtor innocens ?
Nonne hunc autem irreparabile damnum incurre
necesse eſt , euicta re comparata , postquam illud
annuum effluxit spatiū ; si ultra id promiſione dam-
ni infecti uendoris eiusue haeredes non teneantur ,
ut emtor adeo nullum contra hos regressum , uti lo-
quuntur , habeat ? Nonne ſic illum auſtoritate legum
manifeſte circumſcribi fatendum eſt ? Sed hoc quis
ferat ? Euiſtio igitur eo uisque praefanda , donec
omnis rem uenundatam euincendi liteque perſequen-
di praecifa eſt facultas (f) .

§. V.

tempus mouere . Enim uero tunc per longius etiam spatiū
euictionem praefandam eſe patet ex §. Wo aber eine Person
auslaendisch etc. Quae uelim ad praescriptionem quoque ap-
plicantur .

(e) Ineft illa certe contractui emtionis et uenditionis ipſo iure atque
ex natura contractus . Hinc lex 6. C. de euift . Non dulitatur ,
inquit , eti specialiter uendoris euictionem non promiferit , re euif-
ta , ex emto competere actionem .

(f) Id tum ſana ratio iubet , tum l. 19. C. de euift .

§. V.

Neque id non uidemus religiosissime obserua-
tum a sapientissimis reipublicae Norimbergensis legis-
latoribus (g). Enim uero tempus praescriptionis re-
rum immobilium uendarum atque actionum, ra-
tione earundem competentium, Statuto nostro prae-
finiri, nullo negotio demonstrari potest ulterius.
Subauditur nimirum, nisi me prorsus fallit ani-
mus, primo, in quo adhuc uersamur, legis nostrae
articulo, integrum esse alicui tertio, quamdui illud
anni ac diei spatium nondum sit transmissum, rei
comparatae gratia emtori iudicariam inferre conten-
tionem: eo autem circumacto interuallo temporis,
potestatem illam exspirasse (h).

§. VI.

(g) Patet id clarissime et ex alleg. edit. antiqu. tit. XXVIII, leg. III.

V. et ex iis, quae de usucapione atque evulsione rerum mobi-
lium in prima illa editione Reformationis Norimb. tit. XXVIII.
leg. I. fanciuntur: *So jemand kauft oder durch ander redliche Con-
tract -- bewegliche habe in sein hand bringt. So wirt dieselb
varnüs erſessen. Zzwischen den gegenwurtigen die des kuntlich
wissen haben in dreyen monaten darnach den nechsten. Aber mit
den ewigern die nit entgegen sein oder des nit wissen haben. und
mit andern auss Eehaft verhindert. Sol dieselb werschaft
beſteen auf die Larifrif vnd nit lenger. Iam uero res immobiles
maioris plerumque quam mobiles merito aestimantur. Ceterum
ex hoc textu quae colligi et possint et debeant, aequus pru-
densque lector, uel me non monente; facile ipfe intelliget.*

(h) Si omnia nempe legitime se se habeant.

§. VI.

*Probatur
illa etiam
exartic. II.
Statuti et
eius cum
primo con-
nexione.*

Quae quidem nisi ita sint, eos prouoco universos, qui in alia omnia discedunt, ut rationem mihi exponant et prioris illius articuli cum posteriori connexionis, et exceptionis, secundo hoc comprehensae interpunkto, quod iam paullo accuratius contemplatur sumus. Loquitur id de tertio quodam interueniente, qui rem uenditam, elapso iam anno ac die, postulat, et ab emtore nititur vindicare. Iam si ille, legitimis allegatis rationibus, praepeditum se dicat, quo minus, durante euictionis tempore (*i*), rem istam actione persequi potuerit: lex nostra eum non, nisi praevia causae cognitione, audiendum censet. Atqui ex hoc quid aliud inferas, quam eiusmodi petitoribus extra tales casum nullam omnino mouendi ulterius patere facultatem? Habetur igitur hoc articulo, id quod etiam particula disiectua aber demonstrat, exceptio a regula, quam superiori paragrapho implicite contineri ostendimus. Et sic quidem a nobis, si quid intelligimus, annua haec usucatio ex iure statutario Norimbergensi ita est adstructa, ut dubitari de ea amplius non posse videatur. Quae alia multa in lege nostra explicanda sint, de iis, quum praescriptionis illius naturam paulo post diligentius aliquanto considerabimus, commodior erit dicendi occasio.

§. VII.

(*i*) Ita sene interpretor uerba laud. edit. antiqu. c. l. Wo aber die Person - - - verhindert vororden - - - damit sie in der uvershaft darein mit geiragen bette,

§. VII.

Iam alio etiam uti possem argumento , sumto ex ratione temporis , quo res mobiles praescribi inter praesentes iubent Statuta nostra. Etenim fortasse aliquibus non adeo uideatur a uero alienum , quum legislatores nostri tres illos annos , quorum decursu usucatio rerum mobilium ex iure Romano absolu- tur , ad totidem menses reduxerint (k) , eos quoque similiter spatium rerum immobilium praescribendrum contractum uoluisse. Verum enim uero persuasum mihi est , fore plures , qui huic argumentationi parum tribuant roboris , neque sibi persuaderi facile patientur , rationem esse habitam ab illis , qui nostras has sanxerunt leges , iuris ciuilis Romanorum. Et omnino quis praestabit uerum , a primis Statutorum conditoribus illud esse unquam , non dicam , lectum , sed oculis modo usurpatum ? Nam illa quid sibi uult in rebus mobilibus distinctio inter praesentes et absentes , ut nihil iam de aliis institutis , quae hic occurserunt , diuersis plane ab istis Romanorum , breuitatis studio dicam ? Ius illud ciuile in iis correctum scilicet.

§. VIII.

Atque ita comparatis omnibus , quae ad an-

E

nalem hanc praescriptionem , ex Statuto patrio de- monstrandam , facere uidebantur ; naturam illius , quam potest , breuiissime explicare , erit operae pre- tium. Res igitur immobiles et quae eorum haben-

tur

(k) REF. NOR. tit. XVI. leg. VIII.

tur numero , anni ac diei spatiis (l) Norimbergae usucapiuntur : nec illae tamen promiscue , sed quae uenditae sunt (m). Iam satis hic nequeo mirari , quum omnium fere Statuta ciuitatum Germanicarum certas requirunt solemnitates , nihil esse ea de re legibus nostris sancitum , ut palamne praesentibusque testibus res quaedam comparetur , an clandestine et inter contrahentes tantum peragantur omnia , perinde esse uideatur. Sed si tamen res posteriori modo uendita , iamque per annum ac diem posessa , actione postuletur ; parum fore in praescriptione hac praefidii existimari (n). Et ego quidem , ut dicam quod sentio , prorsus habeo persuasum , rem omnem ad ius commune redire , neque ullum esse annali huic praescriptioni relinquendum locum , si contrahentes neglexerint duos adhibere denominatos (o) (Genamten). Quod ut animum inducam credere , analogia potissimum suadet iuris Germanici. Est enim Norimbergae

(l) Tempus id currere ex die perfectae omnino uenditionis , multis ostendere nihil attinet.

(m) De contractu tantum emtionis- uenditionis loqui statutum , omnes intelligunt.

(n) L. 1 ff. de itin. actuque priu. L. 1. ff. de aqua cottid. L. 1. ff. uti possid. L. 1. tot. tit. ff. quod ui aut clam. Habent enim clandestina contra se praesumptionem iniustiae. MEV. P. VII. dec. CLXX.

(o) De iis eorumque officiis conf. die mit Anmerkung. erlaeut. Nürnberg. Reformat. Th. I. p. 653 - 668. et Viri incomparabilis HEVMANNI comment. de Salmannis §. X. Olim certe illos Norimbergae aliqua ratione Scabinos ac testes fuisse patet ex monumentis a laudato HEVMANNO nostro k. c. productis.

bergae ea consuetudo , iam inde ab antiquissimis dueta temporibus , ut , quae coram duobus eiusmodi uiris authenticis peraguntur , aequa ualeant , ac si esent ad acta et in iudicio facta (p) . Et olim ibi emtiones ac uenditiones tantum non omnes ita fieri consueuisse , mihi profecto admodum uidetur probabile (q) . Iam itaque ex his conficitur , neminem posse contra rem , duobus adhibitis denominatis , emtam et per annum diemque sine legitima interpellatione possessem , ullam mouere actionem . Etenim tam late patent uerba statuti nostri (r) : *Vnd so in ob-bestimmter Zeit der Webrschaft yemand zu den uerkauften Gütern einige Sprüche oder Forderung gerichtlich vornekm'en würde , so sol etc. ut ea ad omnem petitorem , qui ex iure agit in re , qualemunque illud sit , pertinere uideantur.* Quapropter iam non dicam , ex iure etiam communi actionem hypothecariam aequa ac rei immobili uindicationem longo tempore , si ab extraneo pignus titulo bonaque fide possideatur , excludi , salua hypothecario aduersus debitorem suum manente per-

E 2 personali

(p) Mit Anmerkungen erlaut. Nürnberg. Reformat. Th. I. p. 658.
n. * et passim.

(q) Id quum ex documentis colligo , a laudato non minus HEV-MANNO l. c. p. 303. sequi. et 321. sequi. ac in histor. Norimb. diplomat. A. ciocccxxxvi. p. 287. A. ciocccclxxiii. p. 422. sequi. not. * A. ciocccclxxxiii. p. 459. A. ciocccclxxv. p. 714. A. ciocccxxxviii. p. 900. praeterque ea passim prolati; tum etiam Vir quidam perillustris atque institutioꝝum patriarcharum peritisimus eius rei me reddidit certiorem.

(r) REF. NOR. tit. XVI. leg. V. §. 3.

sonali actione (s). Neque id mirum, quum eo tempore dominia etiam praescribantur.

§. VIII.

*De imper-
dimentis
usucacio-
nis in
Statuto
allatis.*

Restat, ut de limitatione illa : *Wo aber eine Person auslaendisch etc. pauca dicamus. Nihil est, cur hic repetamus omnia legitimorum impedimentorum genera. Sunt ea dudum ab eruditissimis Ictis (t) ita exposita, ut iam nihil addi posse uideatur. Qua de causa nobis omnino licet esse brevioribus. Iam merito affertur quaestio, quid hic sit: auslaendisch?* Tam uaria est uocabuli *Land* notio, ut et agrum, qui in ciuitatis alicuius ditione est, et prouinciam, qua tractus ille cingitur, et ipsum, cuius illa prouincia pars est, imperium denotet (u). Sed Norimbergae eos haberi absentes, qui extra eius forum (*ausser dem Nürnbergischen Gerichts-Zwang*) uersantur, dubium non est (x). Absentem igitur non temere lapsu istius anni iure suo priuandum arbitratur Statutum. Nec tamen quamcunque absentiam putamus suffecturam, sed necessariam tantum ac laudabilem (y). Ignorantiae etiam rationem habendam esse, in saepe laudata editione

(s) L. 1. et 2. C. si aduersus creditor. praescript. oppon. L. 7. l. ult. C. de oblig. et action.

(t) Conf. TITII ius priu. lib. II. cap. X. STRYKII us. modern. p. 238, sequ. ibique alleg. Add. Cel. HEVMANNI opusc. p. 276 et de uerbo *ebenfalls*. ibid. p. 424, sequ.

(u) HEINECII disf. supra laud. §. XXI.

(x) REF. NOR. tit. VII. leg. VIII. et HOPPII comment. ad inst. p. m. 317.

(y) L. 15. 26. §. fin. l. 28. pr. ex quib. causs. maior. uig.

tione antiquissima Reformationis Norimb. lex censet. Sed tamen cuilibet ignorantiae non posse eam uim esse, facile omnes intelligunt. Neque enim audiens uidetur, qui praefens rei, palam pluribusque scientibus gestae, ignorantiam praetendit. Suam ipse negligentiam incusat, qui damnum ex rei aetate ignoratione accipiat, quum facile potuerit eam resciscere. Etenim ille scienti aequiparatur (z). Iam igitur quum multi saepius negligentiae practexant ignorantiam: quis dubitet, quin haec saltim firmando sit iureiurando (a)? Denique quod lex nostra cauet, ut nemini contra illam annuam praescriptionem succurratur, nisi causa cognita, id quum summa aequitatis ratio suadet, tum etiam iure Romano sanctitur (b). Quousque autem quispiam, praetermisso illo usucacionis tempore, admittendus sit, prudentis arbitrio iudicis relinquitur.

§. X.

Atque hic, quamuis plura sint omnino, quae *Conclusio*: dici possint, finem imponimus, monente charta; gratiasque immortales DEO OPT. MAX. agimus pro uiiribus clementissime suffectis praefitoque auxilio; atque eum precamur, ueneramus et imploramus, ut dulcisissimam patriam sanctioris doctrinae puritate, pietate ciuium, iustitiae laude et commer- ciorum amplitudine eosque florere iubeat, quoad stabit uigebitque haec rerum uniuersitas.

E 3

Ex

(z) MEVII P. VII. decif. CLXX.

(a) HEINECC. cit. disp. §. XXXIII.

(b) L. 3. et 7. ff. de integr. restit.

Ex Reform. Noric. A. cICCCCCLXXVIII.
tit. XXVIII. leg. 4. 5. 7.

Das vierd gesetz.

Von wershaft der erkaufften ligenden habe
oder gut iar vnd tag nach statrecht außer-
halb redlicher entschuldigung nach
erkantnus des Rechten.

W^Ellcker dem andern ligende habe oder gut vnn dergle-
chen zyns. rennt. gült oder weisat albie in dem piifel-
stab gelegen verkauft. der soll darumb wershaft thun Iar
vnd tag. vnd die wershaft hat stat in söllichen vordrungen
vnn sprüchen. derhalb der verkauffer nicht macht. gewalt
noch Recht gehabt solt haben denselben kauf also zetbun ettl-
icher irrung vnd ursach halb. darumb er verbindert wer oder
sein solt. söllichen kauf dermasen fürzenemen. vnn wo aber
die person ausslendisch oder ander ursachenhalb aufs einer
eekhaft verbindert worden were. vnuwissenshalb oder sunst
damit sie in der wershaft darein mit getragen hetten. so
möchten sie nach gestalt der sachen auf erkantniß des Rechten.
und mit verkündung des verkauffers oder seiner erben zuge-
lassen werden. vnnwo derselb ansprecher daselb gut in
recht behielte. so solt den kauffer sein kaufsumm mit erlitten
Cossten von dem verkauffer oder seinen erben bekert werden.
was aber verkauffter stück vnn güter in ewsern gerichten
gelegen weren. darmit soll es der werschaft halb nach ordnung
derselben gericht und Rechten gehalten werden. doch wie sich
kauffer und verkauffer zymlicher weis In fürnemen ihs kaufs
vertragen. darbey sol es irenhalb bleiben.

Das

Das funft gesetze.

Von ledigung der purgen auf die erschynen
werschafft. vnd von verpflicht derselben auf
hangendes Recht In der werung zeit
angefengt. bis zu entlichem
aufstrag.

Die werpürgen sein vmb werschafft. des. so dann In disem
püttelstab gelegen ist verhefft nach disem Statrechten
Iar vnn tag. oder mercklicher vrsachhalb ein lengere zeit.
als in dem neksten gesetz berürt ist. vnn so sie oder das ver-
kaufft gut In solcher zeit vmb werschafft mit Recht nit ange-
sprochen werden. so sein sie Irer pürgschafft geledigt. Es
were dann das sie oder die verkaufft ligend habe auf vermelte
vrsachen In lenger zeit. oder aber in zeit der werschafft
eyniger ewsern gericht. darinne die güter gelegen weren.
sachenhalb die werschafft berürende angesprochen wurden.
so bleiben sie solcher pürgschaffthabt ungeleidigt. so lang vnn
verr biß daselb vnn andere Recht In zeit der werschafft
angefengt. Iren entlichen aufstrag vnn vollziehung gewünnen.
vnd die ordnung die pürgen oder die selbschulden fürzenem.
ist begriffen. In den gesetze von verpflicht der selbschulden.

Das

Das sibend gesetz.

Von anlangung vnd rechtuerigung des selb-gelters oder der purgen. von der weirschaft wegen. vngeleidigt der andern der-halb verpflichtet.

ES mag der kauffer. so sein gekauftte habe In der zeit der weirschaft vmb sachen die werschaft berürend mit Recht angeprochen wirt. den selgelter oder die purgen mit Recht fürnemen vnd beklagen. vmb vertrettung enthebung und ledigung derselben ansprach vnn eintrag . so Im dann In yetzgemelter meynung begegent ist. und welcher tail. als die purgen oder der selbschuld mit Recht fürgenommen wirt. so sollen doch die andern mit solcher pflicht verwant der nit geledigt sein. solang vnd verr bis dem kauffer völlig vnd entlich weirschaft vnn aufsrichtung beschickt. vmb alles das. darumb er dann yezuzetten In vorgemelter meynung mit Recht fürgenommen ist worden.

T A N T V M.



ULB Halle
004 199 219

3



17

1747,4

10

DISSE RATIONE IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
A N N A L I
RERVM IMMOB. PRAESCRIP TIONE
GERMANICA
ET POTISSIMVM NORIMBERGENSI

Q V A M
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA NORICORVM ACADEMIA
PRO LICENTIA
VMMOS IN IVRE HONORES
RITE OBTINENDI
XVI MART. A. R. S. CICICCCXXXVII
SOLENNI DIS QVISITIONI
SVBIICIT
CHRISTOPHORVS GVILIELMVS STVRMER
NORIMBERGENSIS

ALT ORFII
TYPIS IO. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

